



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis), lectis perpensisque Statutis Instituti Superioris Scientiarum Religiosarum in civitate Lodziensi siti, sub potestate et ductu Pontificiæ Facultatis Theologicæ Varsaviensis constituti, ad normam Instructionis de Institutis Superioribus Scientiarum Religiosarum eiusdem Congregationis die XXVIII mensis Iunii a. D. MMVIII emanatæ recognitis, quæ in eorundem XXI articulis definiuntur ac statuuntur, **rata habet** et *ad quinquennium experimenti gratia* **approbat**, iisque ad quos pertinet, ut rite observentur præcipit, ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die VII mensis Decembris, in memoria Sancti Ambrosii episcopi et Ecclesiæ doctoris, a. D. MMXIV.

PRÆFECTUS

+ A. Vercellius Zaccari

A SECRETIS



**CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)**

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis) postulatione attenta Em.mi ac Rev.mi Archiepiscopi Metropolitæ Varsaviensis, Magni Cancellarii Pontificiæ Facultatis Theologicæ Varsaviensis, legitime præsentantis; cum compererit Institutum Superius Scientiarum Religiosarum in civitate Lodziensi situm iuxta normas a Sancta Sede pro huiusmodi Institutis manatas – Consilio memoratæ Facultatis Theologicæ academice omnino spondente – probe ordinari, ad docentes in primis et studiorum programmata quod attinte, prolatas sibi preces libenter excipiens, idem


**INSTITUTUM SUPERIUS SCIENTIARUM RELIGIOSARUM
in civitate Lodziensi situm**

lingua polonica
«Instytut Teologiczny» appellatum,

hoc Decreto academice ~~erigit erectumque~~ declarat, ipsum simul constituens sub potestate atque ductu supradictæ Facultatis Theologicæ, ex primo et secundo cyclo constans, ad academicos gradus Baccalaureatus et Licentiæ Scientiarum Religiosarum per eandem Facultatem consequendos ab iis alumnis qui, triennale atque quinquennale studiorum curriculum rite emensi, omnia iure præscripta feliciter compleverint iuxta peculiaris Statuta ab hac Congregatione approbata.

Eiusdem Facultatis proinde erit continuo invigilare ad academicam Instituti condicionem diligenter servandam ac promovendam, præsertim ad Docentium qualitates studiorumque severitatem quod spectat, ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die VII mensis Decembris, in memoria Sancti Ambrosii episcopi et Ecclesiæ doctoris, a. D. MMXIV.


PRÆFECTUS

+ 
A SECRETIS



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis), lectis perpensisque Statutis Instituti Superioris Scientiarum Religiosarum in civitate Lodziensi siti, sub potestate et ductu Pontificiæ Facultatis Theologicæ Varsaviensis constituti, ad normam Instructionis de Institutis Superioribus Scientiarum Religiosarum eiusdem Congregationis die XXVIII mensis Iunii a. D. MMVIII emanatæ recognitis, quæ in eorundem XXI articulis definiuntur ac statuuntur, **rata habet** et *ad quinquennium experimenti gratia* **approbat**, iisque ad quos pertinet, ut rite observentur præcipit, ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die VII mensis Decembris, in memoria Sancti Ambrosii episcopi et Ecclesiæ doctoris, a. D. MMXIV.

Ch. Card. Joseph Alois Ratzinger

PRÆFECTUS

+ A. Vicentini Zani

A SECRETIS